HOMILIARIUM, U.A. GREGORIUS MAGNUS

Entstehungsort unbestimmt, 1424 Seite 50r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35053
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

recte angelus qui nunciare per
hennem eius vitam venerat
in dextera sedebat. Qui stola
candida coopertus apparuit. quia
festiuitatis nostre gaudia nun
ciauit. Candor etenim vestis splen
dorem nostre denunciat solemp
nitatis. Nostre dicamus an sue
Sed ut fateamur verius et sue
dicamus et nostre. Illa nempe re
demptoris nostri resurrectio et
nostra festiuitas fuit quia nos
ad immortalitatem reduxit
et angelorum festiuitas extitit
quia nos reuocando ad celestia
eorum numerum impleuit. In sua
ergo ac nostra festiuitate angelus
in albis vestibus apparuit. quia
dum nos per resurrectionem dominicam
ad superna reducimur celestis patrie
dampna reparantur. Sed quid ve
nientes feminas affatur audi
amus. nolite expauescere. Ac
si aperte dicat. paueant illi
qui non amant aduentum sup
norum ciuium pertimescant qui car
nalibus desideriis pressi ad eorum
se societatem pertingere posse
desperant. Vos autem cur perti
mescitis que vestros concives vi
detis. Unde et matheus ange
lum apparuisse describens ait. Erat
aspectus eius sicut fulgur et
vestimenta eius sicut nix. In ful
gore enim terror timoris est In
niue autem blandimentum cando
ris. Quia vero omnipotens deus
et terribilis peccatoribus et blandus
iustis. recte testis resurrectionis
eius angelus et in fulgure vultus
et in candore habitus demonstratur
ut de ipsa sua specie et terreret
reprobos et mulceret pios. Unde
quoque recte populum per deserta
gradientem columpna ignis in
nocte et columpna nubis preibat
in die. In igne etenim terror est
In nube autem visionis leue blan
dimentum. Dies vero vita iusti. et
nox accipitur vita peccatoris. Unde
et conuersis peccatoribus paulus
dicit fuistis aliquando tenebre nunc
autem lux in domino. In die ergo
per nubem columpna monstrata est
et in nocte per ignem. quia omni
potens deus et blandus iustis
et terribilis iniustis apparebit. Is
tos in iudicio veniens per lenitatis
mansuetudinem demulcet. Illos
vero per iusticie districcionem terret
Sed iam quid angelus subiun
gat audiamus. Ihesum queritis Na
zarenum. Ihesus latino eloquio
salutaris id est saluator interpretatur
At vero multi tunc Ihesu dici pote
rant non tamen substancialiter sed nun
cupatiue. Ideo et locus subiungitur
ut de quo Ihesu dictum sit mani
festetur. Nazarenum. Et causam
protinus subdit. Crucifixum. atque
addidit. Surrexit non est hic
Non est hic dicitur per presenciam carnis
qui tamen nusquam deerat per presenciam
maiestatis Sed ite dicite disci
pulis eius et petro quia prece
det vos in galileam. Querendum
nobis est. Cur nominatim discipul